

vitae in perpetuum extuletis, et nos hoc idem circa personas talium facere volumus ubicunque prope partes nostras poterunt inveniri. Preterea petimus instancius, ut illos qui de nostris partibus ad vos veniunt, veluti uestrates et nos illos, qui de vestra veniunt civitate veluti nostrates, ad invicem mutuo diligamus. Insuper libertates et privilegia per progenitores nostros vobis concessa tam super thelone, quam super rebus naufragii, quamdiu vestri cives eas per se vel alios extrahere seu salvare poterint et voluerint, non tollendis, vestris civibus concedimus et habenda in posterum presentibus litteris sigilli nostri roboratis munimine confirmamus. Datum Stockholmen anno domini M CC XC secundo in die beate Marie Magdalene.

1737.

1292 d. 1 Aug.

Frödavi.

MAGNUS JOHANSSONS förnyelse af sitt år 1283 upprättade testamente, med tillägg af nya donationer till andliga stiftelser och enskilda personer, trälarnes frigifvande, m. m.

A. 4.

IN nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Cum mortis terminus cunctis mortalibus sit incertus, Idcirco Ego MAGNUS JOHANSSON diligenti et diutina deliberatione prehabita, Anno Domini. M^o. CC^o. Octogesimo Tercio in Crastino beati Thome Episcopi et Martýris meum condendo testamentum, legata feci Monasterijs ac pijs locis infra scriptis. Videlicet Nýdal. XL:ta Marcas denariorum. Guthem. XL:ta. Marcas denar. Alvastro. XL:ta. Marcas denar. Risiberg. viginti. Marcas. denar. Juluttum. decem. Marcas. denar. Ascaby. XX. Marcas. denar. Wretum. XX. Marcas. denar. Jtem fratribus predicatoribus, videlicet Ludosie, nouem. Marcas. denar. Scaris. IX. Marcas. denar. Skeningie. nouem Marcas denar. Finlandie. IX. Marcas. denar. Wisbý. IX. Marcas. denar. Strengenes. IX. Marcas. denar. Sictonie. IX. Marcas. denar. Calmarnie. XV. Marcas. denar. Westrearos. XX. Marcas. denar. Jtem fratribus Minoribus, Scaris. XV. Marcas. denar. Junacøpie. IX. Marcas. denar. Lyncopie. sex Marcas. denar. Suthercopie. XV. Marcas. denar. Nýcopie. XV. Marcas. denar. Arbuga. sex. Marcas. denar. Enecopie. XXX:ta. Marcas. denar. Stocholm. XV. Marcas. denar. Wisbý. XV. Marcas. denar. Jtem hospitalibus, videlicet Ludosie. sex. Marcas. denar. Scaris. sex. Marcas. denar. Suthercopie. sex. Marcas denar. Skeningie. sex. Marcas. denar. Enicopie. sex. Marcas. denar. Wisbý. sex. Marcas. denar. ølandie. sex. Marcas. denar. Nolens autem predicta legata sub futuris contingentibus meis heredibus in posterum persoluenda relinquere ipsa de Consilio discretorum integre persoluj suprascriptis Monasterijs et locis. Eo excepto. quod Nýdal. XX. Guthem. XX. Alvastro. XX. Marce denariorum, adhuc remanent persoluende. Pro quarum solutione facienda. eisdem

Monasterijs Curiam Kÿliar obligo per presentes, donec jntegre fuerint persolute. Quia vero dominus vltorius michi tempus jndulserat ordinandi de bonis meis. Ideo preter ea que pretacta sunt, de nouo Testamentum meum condo et ordino jn hunc modum. Jn primis enim heredes michi jnstitulo, dilecte quondam sororis mee filios, videlicet Dominum Johannem Angelum, et Dominum Karolum Canonicum vpsalensem. Locum autem sepulture apud Monasterium Sanctimonialium jn Scho michi eligo. Cuj Monasterio lego Curiam meam Snorsta, cum Molendino et piscatura ibidem, ac Ceteris bonis mobilibus et jmmobilibus, sicut ipsam possideo. Jtem lego ibidem ad vnum altare beate virginis, ornamenta, Calicem, Missalem, et omnia alia necessaria que ad altaris ministerium requiruntur. Volens, ut per dominum vpsalensem temporibus perpetuis perpetuus vicarius jnstituatur ad altaris seruicium memoratj. Ad cujus vicarij sustentacionem, Curiam meam Frøsaker, et aliam Curiam in Fullabro cum Molendino ibidem, et jnsulam dictam Lisø sicut ipsa possideo, et predium meum Faldenæs. lego secundum modum et formam, que jn litteris super hoc specialiter confectis, plenius continentur. Jtem dilecte vxori mee Jngiburgi si ipsam post me superstitem relinqui contigerit. lego Curiam meam in Frødawi cum bonis omnibus mobilibus et jmmobilibus, cum Molendinis pertinentibus ad Curiam baldingstað, et Quinque solidos terre cum dimidio, jn ølistum, et dimidiam oram Terre in Sæby. Et quia Curiam meam bother sitam in Niuthinge, quam eidem dilecte vxori mee pro donacione propter nuptias assignaueram, postmodum contuli famulo meo magno dicto ænkiaæ. Ideo loco eius assigno sibi Curiam meam Husaby a Reech cum attinentijs omnibus. Jtem quia Curiam Mithalby cuius proprietates olim spectabat ad sepredictam dilectam vxorem meam, de ipsius consensu contuli Domine Ragnildi vxori Domini benedicti boson. idcirco loco eius assigno sibi Curiam meam Egby a Thorsne cum omnibus attinentijs suis, prout jn litteris super hijs omnibus confectis, euidentius est expressum. Jtem ecclesie vpsalensi lego Curiam meam Næs cum omnibus bonis mobilibus et jmmobilibus ibidem. jta tamen, quod ratione eiusdem legati, archiepiscopus vpsalensis jnfra annum a die obitus mei teneatur soluere fratribus Minoribus vpsalie Octoginta. Marcas denariorum quas lego eis, et Triginta. Marcas. denar. ad fabricam ecclesie vpsalensis. Jtem lego dilecto Nepoti meo Fratri Jsraheli lectori fratrum predicatorum sictionie. XX. Marcas. puri et examinati argenti, quas heredes mei vel hujus testamenti exequutores sibi tradant plenarie, antequam ipsi heredes jus hereditarium assequantur. Quj frater Jsrael si ante perceptionem dicti legati decesserit, volo quod supradicte. XX. Marce. argenti sictioniensi Conuentuj juxta modum superius positum nichilominus assignentur. Jtem cum pro domino Petro Ragnwalzson bone memorie, Centum viginti. Marcas. denar. vsualis monete exhibere teneat in subsidium Terre sancte. Ideo ad huius de-

biti satisfactionem si me viuento solutum non fuerit, deputo Curiam meam Limsta in parrochia yristum cum suis attinentijs omnibus, excepto grege iumentorum vulgariter dicto stoth. hac condicione adiecta, quod vel per dominum . . Arosiensem Episcopum si ei placuerit ad opus ecclesie sue possit redimi, vel alias vendi per predictos executores, quibus committo, vt eius precium in supradicte Terre sancte subsidium transportari procurent. Item pro instaurando domicilio pauperum vpsalie in fundo qui ex parte vpsalensis ecclesie ad hoc fuerit assignatus lego vnam stupam. Tres oras terre in vpbý. Octo solidos terre in granum. et predium quod habeo in villa que dicitur brunnær parrochie wængiæ. volens, vt eiusdem domicilij curam habeat prepositus vpsalensis. Item lego Ecclesie baldingstað. septem solidos terre in grytum. Ecclesie Næs. septem solidos terre in Stabby. Ecclesie Sorundi. lego predium totum quod possideo in forse. Ecclesie Rosløsu. predium quod habuj de Nicolao Haboæ. Ecclesie ketastadum. predium quod possideo in wallum. Item Curiam meam Hýrn. lego Katerine naturalj filie mee, dummodo in Monasterio Scho antedicto, se diuine mancipare voluerit seruitutj. Item Ingi-burgi naturalj filie mee. lego Curiam meam Løstar, et Curiam meam Widhem, cum Molendino et piscatura, ac ceteris bonis mobilibus et immobilibus, eisdem curijs attinentibus. Item Curiam meam Cumblar quam habui per commutationem pro hamundastadum, cum bonis mobilibus et immobilibus ibidem. tam seruicij quam pietatis intuitu, lego Petro dicto Hwit, et Holmwasto dicto scumpa, jta quod ipsi Curiam et bona predicta inter se diuidant ex equali. Item fratri brothero Confessori meo, lego Tres. Marcas. argenti. Item de qualibet Curiarum mearum tam legatarum quam non legatarum do pauperibus vnam vaccam. Seruis etiam meis tam empticij quam vernaculis et ancillis, plenam confero libertatem. Porro huius mei testamenti exeutores constituo, venerabiles patres ac dominos, . . Archiepiscopum vpsalensem Episcopos, . . Strengegensensem et . . Arosiensem. Necnon Priorem sictoniensem et Guardianum vpsalensem. Quorum si aliquis vel aliqui predictis exequendis intendere nequiverint vel forsitan noluerint, reliqui nichilominus liberam facultatem habeant supradicta omnia et singula exequendi. In omnium autem premissorum robur et euentiam, sigillum Domini mei, Domini Býrgeri dei gracia sueorum gothorumque Regis illustris, vna cum sigillo Capituli vpsalensis, ac sigillis memoratorum . . Strengegensis et Arosiensis Episcoporum. sigillum meum, necnon predictorum Prioris et Guardianj. presentibus sunt appensa. Actum apud Frødawí Anno Domini. M^o. CC^o. Nonagesimo secundo. in festo sancti Petri ad vincula.

På frånsidan: Testamentum domini magni Jøanson in quo instituitur perpetua vicaria de curijs frösakær et fullabro ac molendino ibidem. ac predio Faldanæs. et quedam alia aliis. Item ecclesie vpsalensi curia næs. *Med sednare hand:* Snorsta cum molendino legatur pro perpetua vicaria Claustris skogh et piscatura ibidem Item insula dicta lisö. S. N. VI.

Sigillen: N:o 1 (K. Birgers), 4, 5, 6 skadade; 2, 3 och 7 borta; remsorna kvar.